



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

38. An qui non potest ratione infirmitatis recitare Horam Canonicam tempore debito, teneatur illam recitare præponendo, vel postponendo? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. resol. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

sententiam tenet Oliuerius Bonartius de Horis Canon. lib. 2. c. 38. num. 12. vbi sic ait: Nota tamen non videtur obligari clericos, quantumvis etiam amplius, & copiosum Sacerdotium obineant ad locum praeio conducendum: tum quia nulla ratione, vel iure hoc probari potest, tum quia, sicut non tenentur Sacerdotes solvere stipendium, vt festiuis diebus Sacrum audiant, ita nec socio, vt mecum legat. Adde non debere imponere maius onus infirmis Clericis, quam sanis. Consulendum nihilominus est beneficio lauro fruētibus, vt mercede sibi comparent socium, qui simul cum illis legat, dum infirmantur. Ita Bonartius.

RESOL. XXXVIII.

An qui non potest ratione infirmitatis recitare Horam Canonicam tempore debito, teneatur illam recitare proponendo, vel postponendo? Ex part. 4. tract. 4. Misc. Ref. 10.

§. 1. **V**I, v. g. quis post Vesperas patitur quartanam, vel aliam febrem, & nequit recitare, an teneatur manē recitare Vesperas & Completorium: vel e contra, patitur quis quartanam manē vsque ad meridiem, an teneatur vespere recitare omnes Horas si potest. Pro negativa sententia ego alibi adduxi Can. in relict. de penit. pars. 5. dub. 31. cuius opinionem improbabilem quidam recentior esse putavit, immerito quidem, nam optimam habet rationem, facillitas enim, quae datur ab Ecclesia anteponendi, vel postponendi Horas, intra diem tamen naturalem est privilegium fauoris, non vinculum necessitatis, vnde praevenerit non tenetur, bene tamen possumus & ideo hanc Cani sententiam, quando impedimentum persolvendi Horas tempore debito est à natura, vel violentia, putare esse probabilem Sanchez in opus. tom. 2. lib. 7. c. 2. dub. 43. num. 7. licet contrariam existimat probabiliorē; & ita opinionem Cani non solum tanquam Probabilem, sed etiam absolute docet Hennequez lib. 4. cap. 4. n. 7. vbi sic ait: Probilitatis non tenetur praevenerit propterea tempus recitandi Horas: & in glossa lit. Q. allicit hanc sententiam esse communem, quod est negandum; nam his temporibus contraria est communior & probabilior, quam novissime docet Villalobos in sum. tr. 23. diff. 16. n. 7. sic alliens, Se advierte que el que estubo mal hasta mediodia, no queda excusado de rezar el medio dia que estubo male, como tampoco lo queda el, que no pudo rezar por la mañan por otra ocasion, pues pueden estos rezar a tarde que el precepto corre en todo el dia. Ita ille. Sed vt dixi, contraria sententia Cani est probabilis. Nota etiam quod post haec scripta inveni, Oliuerius Bonartius de Horis canon. lib. 2. cap. 38. num. 8. docere etiam opinionem supradictam Cani esse probabilem & pro illa citat Lessium lib. 2. c. 17. dub. 8. n. 43.

RESOL. XXXIX.

An infirmus, qui non potest recitare Horas sanis temporibus, teneatur postea recitare? Idem est dicendum de habente inexcusabilem occupationem, & de iter agentibus. Est quis in morbo, vel in dubio petat dispensationem a Praelato, & ipse concedat, licet à meridie conualeat, & à febre liberetur, non teneatur Horas persolvere? Ex part. 7. tit. 11. & Misc. 2. Ref. 14.

§. 1. **N**egativam sententiam probabilem esse tenet Caramuel in Regulam D. Benedicti. disp. 115. n. 1442. vbi sic ait. Qui morbo aut occupatione inevitabili impeditur tempore quo Hora aliqua solet legi, excusari potest à lectione, illius horae, Haec sententia probabilis est: nam defenditur à gravibus authoribus & habet fundamenta probabilia, licet contraria sint probabiliora. Supponit primò dari octo distincta praeccepta de octo Horis; Secundò certa tempora destinata esse lectioni Horarum privatae: & vtrum doctè possit defendi.

2. **P**etis: quae tempora dicantur destinata lectioni Privatae. Respondeo insistendo huius opinionis principiis. Matutinas solere legi ab hora, qua laudabiliter surgimus, vsque ad horam decimam ante meridianam (nullus enim tenetur vespere legere Matutinas sequentis diei, licet morbum occupatione se praevideat) addo solere minores Horas dici ante meridiem; Vesperas etiam in Quadragesima ante meridiem, exceptis Dominis: sicut à meridie in occalum, & hinc ad mediam noctem Completorium. Ita communiter legunt, qui putant se debere Horas determinatas obsequare.

3. **A**grotus ergo qui quartana laborat (& idem dico de habente inexcusabilem occupationem) nec tenetur tempus praevenerit, nec tenebitur legere Horam aliquam eo tempore, quo non consecuerit legi.

4. **H**aec opinio est tuta in praxi: consulenda agrotis, iter agentibus, & hominibus valde impeditis ob negotia occurrentia horis determinatis: repugnat expresse meis principiis, ideo tamen non definit esse probabilis. Ita Caramuel. Et ideo secundum hanc sententiam qui agrotavit vsque ad meridiem non tenetur postea recitare Matutinum & laudes, & hanc sententiam cum Caramuele satis probabilem esse puto, quam vt probabilem me docuisse observat novissime Trullench in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 17. n. 6. licet ipse Sanchez contrariam sententiam teneat. Nota tamen quod ex parte consentit cum Caramuele Candidus tom. 2. disp. 14. art. 28. dub. 34. vbi sic ait: Qui praevidet vt Vespere nequeat recitare Vesperas, aut Completorium ob febrem aut gravem infirmitatem, ob impedimentum non voluntarium, non tenetur illas horas manē recitare: quia licet totus dies signetur tanquam tempus omnium horarum illius diei, atque ad id si solum attendamus ad substantiam praeccepti, possent omnes horae manē recitari, tamen quantum ad convenientiam, & vt devotius, & melius adimpleatur praecceptum, quaedam hora signatur ab Ecclesia manē recitanda, quaedam verò vespere; ergo esset nimis rigorosum obligare homines ad recitandas omnes preces horarias manē, quando est futurum impedimentum, quod praevideatur ex ratione alicuius infirmitatis: quod si impedimentum praevisum esset omnino voluntarium, etiamsi esse, legitimum, & necessarium, tenetur tunc homo praevenerit recitando manē omnes Horas Canonicas: quia tunc impedimentum non recitandi esset omnino voluntarium.

5. **N**otandum est etiam hic obiter quod si in morbo, aut dubio petat quis dispensationem à Praelato, & ipse concedat, licet à meridie conualeat, & à febre liberetur, non tenebitur horas persolvere, quia pro illa die iam habet à Papa legitimam dispensationem, & alias nec Praelati auctoritas, nec gratia Summi Pontificis ei quidquam prodesset. Ita Caramuel disp. 116. n. 1429.

Sup. hoc in Res. praecerta & in alius eius not.

Sup. hoc si granter ibidem.

Sup. hoc superius in tr. 2. Ref. 74. §. 1. à lin. 10. vers. vbi querit & si placet, lege alias Res. huius prima not.

DANAE
Hnia
III IV V
E III